[illegible] autem [illegible] peste occupata [illegible] pervenientes [illegible] abscidebat sor
[illegible] partemque ab aquilone in occidentem pertinentem Antoniae iungebatur incensa ·
ad viginti fere cubitos abruperunt inmissoque [illegible] incendio manibus suis · Biduo
post id est predicti mensis vicesimo et quarto die Romani porticum inflammarunt · et usque ad quin
tumdecimum cubitum igne progresso Iudaei similiter culmen abscidunt neque omnino recedentes
operibus et Antoniae continentiam dirimentes cum licere eis ac deberent incendium prohibere ·
Itaque inmisso igne cursum eius otiosi pro sua utilitate metiebantur · Circa templum autem numquam
proelia cessaverunt sed frequens erat paulatim contra se excurrentium bellum · His quidem autem
diebus quidam ex Iudaeis vir et corpore brevis et visu despicabilis tam genere quam rebus aliis vilis
simus Ionathes nomine progressus ad Iohannis pontificis monumentum cum alia multa superbe
ad Romanos proloquutus est · tum fortissimum haberet ad singulare proelium provocavit · atque con
tra steterunt · multi quidem dedignabantur · Erant autem inter eos ut adsolet et iam qui
timerent · quosdam vero non inconsulta movebat ratio cum morti cupido non debere con
fligere · Namque de salute sua desperassent eos neque cautos impetus dominumque habere placa
bilem et cum his in discrimen venire quos neque vincere magnum sit · et vinci cum dehonesta
mento periculosum non fortitudinis sed ferocitatis videri · Cum autem diu nemo procede
ret multaque Iudaeos eorum timiditati inluderet · erat autem adrogantissimus quidam super
bus et Romanis nomine Putens ex ala equitum verba et insolentiam eius exorsus · fortasse autem
etiam corporis brevitate sublatus inconsulta prosiliit · et ceteris quidem commissa cum eo pug
na superfuit · sed a fortuna proditus est · Labrum enim Ionathes interficit · deinde pede
supra mortuum posito laevo scutum dexteraque cruentum gladium coruscabat armisque cum fre
mitu concussis in exercitum et iacenti insultans spectantes Romanos increpabat · donec
eum tripudiantem et vana iactantem quidam Priscus centurio sagitta transfixit · eoque
facto et Iudaeorum et Romanorum clamor varius excitatus est · Ille autem dolore in vertigine
tortus supra corpus hostis incubuit · bellique felicitate ratione carentem quam velox ul
tio sequeretur ostendit · Seditiosi vero templum tenentes aperte quidem et cotidie mili
tibus in aggeribus positis repugnabant · Vicessimo autem septimo die predicti mensis hu
iusmodi locum excogitant · Occidentalis porticus spacium quod inter culmen ac trabes
erat vacuum silvis aridis · itemque sulphure ac bitumine repleverunt · Deinde velut
oppressi caedebant · quare multi quidem temerarii fugientibus instabant · et in por
ticum ascendere scalis positis nitebantur · Qui vero prudentiores erant nullam fu
gae causam Iudaeis fuisse cogitantes locis suis manebant · Verum porticu repleta
his qui ascenderant ignem admittunt · Iudaei excitata undique subito flamma Roma
nos et qui extra periculum steterunt ingens stupor invasit · et desperatio quos in
cendium coeperat occupavit · Flammis cincti semetipsos in oppidum alii vero in hos
tes precipitabant · multi spe salutis desilientes in puteos ilico debilitabantur ·
Alios dum conantur preveniebat incendium alii flammam ferre antecedebant ·
statim vero et alios fugientes ignis conprehendebat · plurimum pervagatos · Cae
sarem vero licet morientibus indignaretur quod iniussi porticum ascenderant
[illegible] misericordia tamen eorum tetigit · Cumque nemo prohibere posset incendium hoc
[illegible] quod videbant eius dolorem pro quo ipsi [illegible] perde
rent [illegible] transeuntes et [illegible] alios prosiliens et com[illegible] qua possent auxi
lium ferre · obsecrans cernebatur eiusque voces [illegible] affectione quisque ut

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2389, Nal_2389_20v – Flavius Iosephus, De bello Iudaico (https://fragmentarium.ms/view/page/F-104x/3370/35692)